*Augetur: Ex frequenti delicto augetur pœna: Magis punitur, qui admonitus vel cui semel parcitum est, si in delicto perseveret, vel ad idem delictum reuertitur. l. capitaliũ. §. soleat. D. de pœn. l. nemo deinceps. C. de epis. and. l. quicumque. C. de ser. fugit. & auget pœnam iteratio no. in l. j. D. de iur. patro. & inducitur frequentia per duos actus in authent. de defens. ciuit. §. si. coll. iij. glos. in c. venerabilem de elect. c. monasteria de vit. & honest. cler. Prima: Tritum est in scholis puerorum; Prima transit, secunda capit, tertia mors est. Huc facit: Crescente malitia crescere debet & pœna l. relegati. D. de pœ. c. cum non ab homine de iud. & plus punitur sæpius delinquens. l. seruos. C. cod. l. Iul. de vi pub.*

*l. capitalium § [soleat] solent D. de poenis: Solent quidam, qui volgo se iuvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentis se adclamationibus popularium accommodare. Qui si amplius nihil admiserint nec ante sint a praeside admoniti, fustibus caesi dimittuntur aut etiam spectaculis eis interdicitur. Quod si ita correcti in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt, nonnumquam capite plectendi, scilicet cum saepius seditiose et turbulente se gesserint et aliquotiens adprehensi tractati clementius in eadem temeritate propositi perseveraverint.*

-Liber facetissimus, p. 27, distique n° 17 :

**Peritis in arte credendum. xvij.**

*Est adhibenda fides ipsi sua in arte periti:*

*Legistam ad leges, militem ad arma uoca.*

**S C H O L I A.**

*Peritis: In re medica plurimum pollet Hypocratis autoritas. l. septimo mense. D. de stat. hom. Aduocati ditimunt ambigua facta causarum. l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iud. Arma milites scire sacratissimus Legislator existimauit. C. de iur. delib. l. scimus.*

-Liber facetissimus, p. 72, tétrastique n° 15 :

## Veneranda senectus.

XV.

**Est iuueni ueneranda homini de iure Senectus:  
 Quod potior iure est, tempore qui prior est.  
 Si tuus hac animus minimum ratione mouetur:  
 Hac prius ut uixit, sic prius emoritur.**

### SCHOLIA.

**Est iuueni:** Senectuti Iuuentus tantos honores reddebat, ut maiores natu tanquam adolescentium communes patres essent Val. Max. lib. ij. c. j. apud Iust. libro 3. Lycurgus maximum honorem non diuitum, & potentium sed pro gradu ætatis senum esse uoluit nec usquam terrarum locum honoratiorem senectus habuit Sparta. Quinimo senectus adeo apud Romanos venerabilis fuit, ut senibus penè eundem honorè, quem magistratibus tribuerent. l. semper. D. de iur. imm.

Credebant hoc grãde nefas, & morte piandum,  
 Si iuuenis uetulo non assurrexerat: & si,  
 Barbaro cuicumque puer: Quod scripsit Iuena.  
 Magna fuit quondam capitis reuerentia cani:  
 Inque suo precio ruga senilis erit.  
 Verba quis auderet coram sene digna rubore  
 Dicere? censurã longa senecta dabat: hæc Ouid.  
 Honestissimum senectutis domicilium Sparta dicta est, quod illic expediret senibus uiuere, ubi Iuuenes honorem senibus præstaret: sed & antiquum illum, & laudabilè Germanorum morem sequun-

Valère Maxime, *Memorabilia*, II, 1, 9 : *Senectuti iuuenta ita cumulatam et circumspectam honorem reddebat, tamquam maiores natu adolescentium communes patres essent.*

Ovide, *Fastes*, V, 56-57 ; 69-70 :

*Magna fuit quondam capitis reuerentia  
 inque suo pretio ruga senilis erat.  
 Verba quis auderet coram sene digna rubore  
 dicere ? censuram longa senecta dabat.*


Juvénal, *Satires* XIII, 53-56 :

*Improbis illo fuit admirabilis æuo  
 credebant quo grande nefas et morte piandum  
 si iuuenis uetulo non adsurrexerat et si  
 barbato cuicumque puer.*

## JACQUES GUIJON

*Iacobi, Ioannis, Andreae et Hugonis  
fratrum Guioniorum opera uaria, ex  
bibliotheca Philiberti De La Mare,  
senatoris Diuionensis.*

Dijon, Chavance, 1658.



*De significatione uerbi Bereschit* (p. 58-62)

*Historia morbi quem tribus annis passus fuerat* (p. 63-70) :

μεσόφρυον (« intervalle entre les sourcils »)

ξηροφθαλμία (« ophtalmie sèche »)

ξυσμός (« démangeaison »)

ρεθιστικός (« qui indique de l'irritation »).

*Dicas quod ille de Aetnae incendio* : « Scit niuibus seruare fidem » (Claudien, *Rapt de Proserpine*, I, 165-166 : *Sed quamvis nimio fervens exuberet aestu, / scit nivibus servare fidem pariterque favillis*).

*Poemata* , p. 251 :

EXTEMPORANEVM

Pro successu studiorum, cum Tolosam appulisset  
Iuri Ciuili operam daturus M. D. LXVII.

**N**il sine te, Pater omnipotens, tecum omnia possum,  
Tu vires, animosque in opus mihi suffice, letus  
Ibo, ibo, & meritis contingam premia palmae.  
Quaquam multa virum sese undique millia monstrant,  
Attolluntque caput, confisus Numine cursum  
Arripiam, celeresque volans enitar in auras.  
Nunquam ego sacrilegis aliena in praedia votis  
In villas, & rura ferar, nec lite dolosa  
Impediam miseros, nec vulgo retia ponam.  
Integer, atque animi rebus, patriamque, bonosque,  
Tutabor, pacem iniustis, veniamque negabo,  
Da modo te facilem, & nostris, Deus, annue ceptis.

Ii ij

Poemata, p. 289 : AENIGMA

*S*anguine, carne, cute, & nervis, atque ossibus olim  
 Constiteram, vetus hac forma perempta mihi est.  
 Totus & è ligno videor iam ligneus esse,  
 Atque noua in toto corpore monstra pati.  
 Populus alba meos passim nunc obsidet artus,  
 Cui Tremula nomen Gallica lingua dedit.  
 Nempe mihi Tremor inque manus & brachia serpit,  
 Succiduo Tremulum poplite nutat onus.

### Gigantomachie (Poemata, p. 307-321)

Sources possibles :

- Hésiode (*Théogonie*, 617-735)
- Pindare (*Première Néméenne*, ant. 4)
- Callimaque (*Hymne à Délos*)
- Apollodore (*Bibliothèque*, I, 6)
- Horace (*Odes*, III, 4)
- Ovide (*Métamorphoses*, I, 151 sqq et V, 315-361)
- Stace (*Thébaïde*, 916-930)
- Claudien (*Gigantomachie*)
- Nonnos de Panopolis (*Dionysiaques*, I-II et XLVIII).

Gigantomachie, v. 10-17 :

*Da ueniam, da, Phoebe Pater, nostroque furori  
 Parce : tuis agimur stimulis patimurque tumultum  
 In nobis, quem tu ipse cies. Quis numina Phoebi  
 Immotus segnique ferat ? Quid si additus urget  
 Parte alia Bacchus geminoque impellor ab oestro ?  
 Nec refugus Diuis dare terga prementibus ausim :  
 Stat lustrare choros et qua tua dextera ducet,  
 Phoebe, sequi. O quae iam arcani miracula ritus,  
 Quos uocum accipio modulos !*

Gigantomachie, v. 50-53 :

*[...] Celsa pulsi procul arce Gigantes  
 Fulminibus crebris, totoque cadauera campo  
 Plus stadiis porrecta decem, quae montibus alte  
 Impositis uastaque soli sub mole laborant.*

Gigantomachie, v. 150-154 :

*[...] Hac fera turba Gigantum  
 Viribus irrupit tectumque immane reuulsit.  
 Actum erat ! et laxis laterum compagibus omnis  
 Ibat in exitium superum domus, alta patebant  
 Atria conuexique lababat machina templi.*

*Gigantomachie*, v. 125-135 :

*Siccine inulta dabunt haec uestrae funera matri,  
Opponentque gradum supero quos axe fugatos,  
Palantesque modo uidi ? Neque conscia uirtus  
Ibit in aduersos, et cladem clade rependet ?  
Caeli in spem si uos genui, si debita uobis  
Iura poli rerumque uices et sceptrum negantur,  
Quae melius quaesisse manu est, tu, saeue Damastor,  
Odrysiis iaculare iugis, rape uulsa Peloro  
Ismara cumque ipsis Oetaea cacumina syluis,  
Et subitos infer perituris axibus ignes.  
Sit telum quodcunque dabit Fortuna ! Nec artus  
Ipsa meos equidem caelestum in damna recuso,*

*Gigantomachie*, v. 302-306 :

*Expositique patent uictoribus, undique caedis  
et largus cruor summisque tum denique fatis  
sternuntur campoque iacent, pars trunca lacertis,  
pars capite abrepto, laceris pars ilibus aluo,  
uisceribusque aliis per iugera mille refusis.*

// Ovide, *Métamorphoses*, I, 56 : *Obruta mole sua cum corpora dira iacerent.*

*Gigantomachie*, v. 281-286 :

*Tum uero sine more furens uis flammea caelo  
praecipitat, siccis elisaque nubibus ardent  
fulgetra, deciduus rimis micat omnibus aether  
irato Ioue perque omnes incendia tractus  
grandine commixta uoluuntur et undique riui  
flammarum undantes atque igneus ingruit imber.*

*Gigantomachie*, v. 155-157 :

*Continuo clauis et adunca forcipe rimas  
Assuit et factas properat sarcire ruinas  
Vulcanus iunctosque iterum ferruminat orbes.*

*Gigantomachie*, v 325-326 et 337-340 :

[...] *brachia lenti  
tollitis in numerum raroque assurgitis ictu.*

[...] *tardoque minatus  
Loripedi, recta ad Siculas iubet ire cauernas  
Atque instare operi nouaque in discrimina rerum  
Moliri taedas atque ignis tela trisulci (v. 337-340).*

*Gigantomachie*, v. 383-385 :

*Hactenus audieram sed quis spectacula clausit  
Ista repente mihi et Phoebum Musasque chorosque  
Sustulit ex oculis.*



# Le latin des partis religieux au XVI<sup>e</sup> siècle : présentation du contexte et de quelques traits du « latin des Réformés » à travers la *De Fanini Faventini morte* de Francesco Negri

Martine Furno - Université de Grenoble Alpes

Comme on a pu le montrer pour le français, il existe quelques traits particuliers essentiellement sémantiques, qui permettent la « connivence » entre lecteurs et scripteurs « évangéliques », aux temps où l'écrit ouvertement réformé est dangereux, mais aussi ensuite lorsque celui-ci peut devenir propagande. L'atelier présentera quelques attitudes et traits généraux du discours des deux partis, et se centrera ensuite sur des traits linguistiques « réformés » à travers un texte militant.



**www.e-rara.ch**

**De Fanini Faventini, ac Dominici Bassanensis morte, Qui nuper ob  
Christum in Italia Rom. Pon. iussu impie occisi sunt, Brevis Historia**

**Negri, Francesco**

**[Poschiavo?], 1550**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: AP IV 46:3

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5422>

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# DE FANINI

FAVENTINI, AC DOMI  
 nici Bassanensis morte, Qui nuper  
 ob Christum in Italia Rom.

Pon. iussu impiè occisi sunt,  
 Breuis Historia.

FRANCISCO NIGRO BAS.  
 SANENSI AVTHORE.

Hinc agnoscere poteris pie Lector, quid  
 à Romanèsiū Episcoporum Concilio  
 sit expectandum, quum, qui illud Indicit  
 Papa, talia publicè christianèq; causè pre  
 iudicia in medium proferre audeat.

Hi cum Agno pugnabūt, & Agnus vin  
 cet illos. Apoc: .17.

• M • D • L •

DE FANNINI

FAVENTINI, AC TOMI

et Basilienensis morte, Qui nuper

ob Christum in laeta Roma

Pon. iussu imp. occisus fuit.

Brevis Historia.

FRANCISCO NIGRO BAS.


SAVENSI AVTHORE.


Hinc agnoscere poteris quid  
et quomodo sitis peritiam  
in expectandum, dum, quod illud indicat  
Papa, talis publice custodiat, cuius per  
iudicia in medium proferre audeat.

Hic cum Agno pugnat, & Agnus vir.

Cariss. Apoc. 17.

M. D. I.





3.  
DE FANINI FAVENTINI,  
ac Dominici Bassanensis morte, Qui nu-  
per ob Christum in Italia Rom. Pon.  
iussu impiè occisi sunt.



Vilius. III. Romanus  
Pontifex optime lec-  
tor, orbi nunc plenis  
buccis liberum conci-  
liū pollicetur, verum  
q̄ id ex animo faciat,  
vel hinc facere coniec-  
turam potes, quod eos, qui suam salutem  
vni Deo per Iesum Christum acceptam  
ferunt, hostiliter adeò crudeliterq̄ p̄ suos  
prosequitur, vt aliquos etiam, qui ab infe-  
licis memoriæ Paulo .III. qui proxime  
ipsum præcessit, eandem ob causam dam-  
nati olim, carceribus includebatur, adep-  
to statim pontificatu, miserabiliter occidi  
iusserit: Neq̄ illis pepererit humanissi-  
mus, vt videri vult, Pastor, quibus antea  
pepererat etiam sæuissimus lupus. Hu-  
ius igitur impietatis exempla hîc duo cō-  
scribere libuit, vt quum hæc ipsa congre-

A ij gandi

gandi Concilij publicæ causæ præiudicia  
 cognoueris, quale ipsius Concilij iudiciū  
 futurum sit facile coniectare, vel potius  
 pro comperto habere valeas. Quum  
 itaq; ( vt hinc narrationis initiū sumam )  
 Faninus quidam ex Aemiliæ oppido Fa  
 uentia oriundus annis ab hinc tribus Fer  
 rariæ ob id modo, quod Christum serua  
 torem vnicum profiteretur, ab Antichri  
 sti ministris Inquisitoribus, quos vocant,  
 in carcerem ductus, ibidem seruaretur,  
 post alterum suæ captiuitatis annum ab  
 eisdem Inquisitoribus capitū damnatus  
 est: Attamē quia nondum venerat hora  
 eius, in proximē præteritū hunc vsq; mē  
 sem viuum eum conseruauere, quo de  
 mum tēpore Iulio. III. imperante, ac suis  
 Bullis id efflagitante, occisus est. Cete  
 rum pridie eius diei, quo illi obeundum  
 erat, Nuncius quidam ipsum his ferē ver  
 bis allocutus est: Vidit, inquiring, accura  
 te Papa tuæ causæ Acta, quūq; plurimas  
 in his hereses inesse depræhēderit, ob eas  
 ipsas tibi per me nunc moriendum esse,  
 nuntiarī voluit. Atq; is, qui hæc refere  
 bat,



bat, illū adhortabatur, vt quæ cōtra Romanā dixisset Ecclesiam, reuocaret, quo simul corpus atq̃ animam suam seruare posset. Ad hæc Faninus respondit, suum sibi corpus non admodum curæ esse quippe qui pro Christo id amittere, salutis haud quaquā dubius animæ paratus esset. Cœpitq̃ deinde tanta spiritus vehementia Dei verbum huic annuntiare, vt is cōfusus ac lacrymans demum inde abierit Faninum sanctum esse hominem affirmans. E' carcere igitur quum ille discessisset, flexis Faninus genibus supplex per horam integram ardentissimas preces ad Deum fudit, moxq̃ à precibus ijs quosdam, quibus cum antea plureis mēses in carcere egerat, conuenit: si verò quum ea, quæ paulò ante Fanino nuntiata fuerant, optimè scirent, atq̃ inde non mediocrem dolorem concepissent, vehementer illum etiā atq̃ etiā cum lacrymis rogabant, vt in vxoris liberorumq̃ gratiam vitæ suæ tanto in discrimine cōsulens, ea quæ dixerat reuocaret, Nā ita futurū, vt & viuere & familiæ suæ curam

A iij habere

habere posset, quam si vitam cum morte  
 cōmutasset, fortunæ calibus expositam,  
 penitusq̄ desertā ab omnibus relinquis-  
 set. Hic bonus ille vir tacitus ad hæc  
 verba, cogitabundusq̄ aliquantulum p-  
 mansit: Sed postea ad eos, qui hæc à seip-  
 so hunc in modum cōtendebant, conuer-  
 sus dixit: Ne quæso dubitetis fratres, Dei  
 bonitatē ac misericordiam multo, q̄ ab  
 hominibus extimari possit, maiore esse,  
 hæc ipsa rebus meis aderit presens: Quā-  
 quam mea quidem caro vestrorū ad ver-  
 borum stimulos egregiē suum officium  
 fecerit, ac nisi Deus, qui suos Electos nū-  
 quam deserit, auxilio mihi adfuisset, faci-  
 le fieri poterat vt affectibus illa suis indul-  
 gens, nō abnuisset viuere, nō enim mihi  
 veniebat in mentem, hoc pacto corporis  
 gratia, quod breui putrida vermium esca  
 futurum est, animam occidi. Verum  
 Dominus ob cordis oculos verbū mihi  
 suum proponens effecit, vt agnoscerem,  
 quod quisquis Patrē, aut Matrē, aut vxorē,  
 aut Liberos, aut aliquid aliud pluris q̄  
 ipsū fecerit, ipso dignus nō erit. Sic igitur  
 benigna

benigna ipsius manu leuatus, libēter iam cupio dissolui, & esse cum Christo.

Rogo autem vos in Christo Fratres, ne amplius hac de re mihi verba faciatis: Imo si vlla in vobis charitas est, si verē christum agnoscitis, mihi gratulamini, ac Dominum precamini, vt eam mihi perseuerandi vim donet, qua possim ad martyrium fortiter alacriterq; accedere. Huius itaq; concaptiui hęc audientes neq; lachrymas cōtinere, neq; illi respondere poterāt, adeoq; dulcibus ardebāt flāmīs, vt vnā cū illo mori omnino peroptarent.

Nam velim scias optimē lector Faninū hunc, quamdiu in carcere fuit, nihil aliud effecisse, q̄ Christi beneficentiam ijs ostēdere, qui cuiusuis delicti causa eodem in loco detinebantur, vt quotquot inde aliquando exirent, verbo Domini rectē instructi, Christum ex animo profiterētur: Vide obsecro quibus vtatur instrumentis ad conuertendos homines ad Christum Deus. Iam, vt ad propositum redeam, Monachus quidam in carcerem profectus Faninum interrogauit, an criminum

A      iij      suorum

suorum exomologesim facere, suisq; he-  
 resibus abiuratis ad Deum reuerti vellent.  
 Cui Faninus respondit, se sua Deo cōfes-  
 sum esse peccata, nec se vlllo modo hæreti-  
 cum esse sed Christianum: Nihilō secius  
 tamen, quo superbiae vitium euitaret se li-  
 benter cum eo collocuturum, ac peccato-  
 rem se quemadmodū erat, facile confes-  
 surum esse: Atq; ita multis de rebus Chri-  
 stianam fidem concernētibus agere inter  
 se cœperunt, Monachoq; tandem per Fa-  
 ninum adeo factum est satis, vt inde abi-  
 ens n̄s qui erāt in carcere, dixerit, uideri si-  
 bi Faninum omnino sanctum esse homi-  
 nē, Atq; vtinam, inquit, plureis huiusmo-  
 di reperirētur Fanini, Christianorū enim  
 cœtus beati sic forent. Faninus porrò  
 per totā noctem nihil aliud q̄ preces ad  
 Deū fundere, libereq; cōcionari perexit.  
 Qui verò aderant, vt eum consolaretur,  
 nuncq; hominem interpellantes Dei ver-  
 bum ex ipsius ore intētissime excipiebāt,  
 nec profectò ex n̄s aliquis inuētus est, q̄  
 nō profusissimas emisisset lacrymas, ac sū-  
 mo dolore de ipsius interitu sit affectus.

Deniq;

Deniq; quū hora iam, qua ad supplicii  
 am deducendus erat, aduenisset, ē carce-  
 ribus exeunti ligneus crucifixus, quem  
 vocāt, vt in huiusmodi re fieri solet, obla-  
 tus est: Atq; is, qui crucifixū hunc gesta-  
 bat, Fanino eum deosculandum proposu-  
 it: Verū illi Faninus dixit, nihil sibi opus  
 esse ligneo huiuscemodi frusto, quod ho-  
 minū manibus eam in formā redactum  
 erat. quandoquidem verum illum Cruci-  
 fixū, q̄ pro peccatis suis satisfecerat, seq̄  
 ab inferis liberarat, in pectore gestaret:  
 obnixeq; ipsum orauit, vt Idolū illud ab  
 oculis suis amoueret. Sedenim quum  
 aduentante iam aurora forum versus, vbi  
 supplicium de eo sumendum erat, duce-  
 retur, ē Flaminia Prouincia quampluri-  
 mi, qui tunc Ferrariæ fictilia ex ipsorum  
 aduecta patria, vendebant, hunc ipsum  
 comitantes vehementer dolebant, quod  
 is animo tam obdurato neq; vxoris, neq;  
 Liberorū vllam memoriā haberet, quos  
 & pauperes & humani auxiliij vndeūq;  
 indignos relinquebāt: Quibus ille respō-  
 dit, vxori ac liberis suis optimē prouisum

A v esse,

esse, propterea quod eos omnes cuiquam  
 cōmisisset, qui passurus non esset aliquid  
 illis vnquam deficere: Quumq̄ interro-  
 garent ij, cuiam commissi forent, Deo  
 inquit, ipsorū Patri, ac Iesu Ch̄o Fratri.

Liberè omnia atq̄ animosè sine timo-  
 ris alicuius indicio loquebatur, ac subin-  
 derepetebat. Rogo te Pater, quæ tua bo-  
 nitas est, ijs qui meæ mortis causa sunt,  
 ignoscas: Compertum sanè mihi est, non  
 nullos existimare se rectè facere, quū eos  
 occidunt, qui tuum nomen profitentur,  
 nōnullos verò christiani sanguinis adeò  
 esse auidos, vt etiam si norint, iniquè me  
 morti esse destinatū, nihilominus id non  
 tantū æquo animo fieri, sed etiam lubētī  
 patiantur: Tu tamen optime Pater omni-  
 bus parcas oro. Atq̄ alia quidem plu-  
 ra liberius loqui desiderabat, sed à Licēto-  
 ribus id minimè concedebatur: Nam cō-  
 missum illis fuerat, vt ne Fanino verba fa-  
 cere permitterent. Quum autem ad  
 supplicij locum deniq̄ ventum esset, Car-  
 nifex ipse Faninum iniuste damnatū esse  
 conspiciens, inde aufugere voluit: Verū  
 Faninus

Faninus ei reuocato audacter dixit. Tu  
 verò quod tui est officij fac obsecro, nam  
 neq; tibi id crimini ascribetur, et ego idip-  
 sum ex animo tibi condono: Atq; ita de-  
 mum infelix primo suspensus, postea com-  
 bustus est non absq; ingentibus eorū om-  
 nium, qui aderant lachrymis. Cæterū  
 ex vnus modo Christiani morte atq; in-  
 teritu, quamplurimos, qui pie Christum  
 confiteantur, exortos esse constat, & qui  
 Dei misericordiam summopere cōmen-  
 dantes, maximas eidem habent gratias,  
 quod ē tenebris in admirabile lumen ipsi  
 us vocati fuerint.

Non ita multo post, eodem nimirum  
 Septēbri mense, quo hæc Ferrariæ gesta  
 sunt, Placentiæ quoq; aliud haud dissimi-  
 le huic exemplum accidit: Id verò huius-  
 modi extitisse perhibetur. Dominicus  
 à Domo alba Bassanensis ciuis fuit, (est  
 autem Venetiæ Oppidum, Bassanū mea  
 patria) Is Germanico bello Carolum .v.  
 Cæsarem secutus, Euangeliū apud Ger-  
 manos demum didicit, Mundiq; statim  
 seposita militiā, vni Deo per Iesum Chri-  
 stum

stum militari coepit, atq; identidem multos  
 queritas, qui se magis ac magis ad huius-  
 modi doctrinam instituerent, breui pluri-  
 mum in vera atq; exacta Euangelij cogniti-  
 one profecit, in praesentem vsq; Annum  
 Sanctissimo foenore optimu censum semp  
 augens: Quo quidem anno demum Nea-  
 polim profectus, Inde q; concionandi mu-  
 nus auspicatus, quamplurimis Italiae Vr-  
 bibus intrepide Chm vel in ipsis plateis  
 anunciauit, atq; Antichristi technas mul-  
 toru multo cum fructu gaudioq; retextit.

Placentiam deniq; Septembri mense  
 quu etiam peruenisset, in forum illico in-  
 gressus, publice concionari coepit, atq; in-  
 ibi de auriculari Confessione, de Purga-  
 torio, de Indulgentijs, vt vocant, alijsq;  
 huiusmodi de rebus ad religionem attinen-  
 tibus frequenti Populo, maximeq; inten-  
 to q; fieri potuit, liberrime locutus est.

Postero die reuersus, de Iustificatione,  
 deq; Fide, atq; Operibus egit. Missam  
 quoq; quam vocant, obiter attigit, sed se  
 diffusius ea de re tertia concione locutu-  
 rum, ac simul Antichristu manifestissime  
 osten-



ostensurum pollicitus est. Igitur die ter-  
 tio, quum in idem Dominicus redisset,  
 malus Dæmon, qui ferre non poterat, ut  
 præcipua ipsius Idololatria primariusq;  
 Minister suis picticoloribus in medium  
 pferetur, suos ibi satellites excitauit, qui  
 totū hoc negotium interturbarunt: Nā  
 accedens Licitorum Præfectus Domini-  
 cum è suggestu descēdere, duciq; in car-  
 cerē iussit. Ille autē iubēti respondit, se pa-  
 ratum efficere quicquid vellet, neq; inui-  
 tum in eum se locum ingressurū: Et mira-  
 bar sanē inquit, in hanc vsq; horam Chri-  
 stianæ concionis impedimēta Sathanan  
 protulisse. Ad absentis igitur Episcopi  
 Vicariū ductus, latinis verbis interroga-  
 tus est, an Sacerdotis officio fungeretur,  
 & à quonam concionandi veniā nactus  
 esset. Dominicus verò latini sermonis  
 ignarum se esse Italica lingua respondit,  
 nec se papisticum esse Sacerdotem, sed Ie-  
 su Christi, à quo etiam, velut à Pontifice  
 sūmo ad cōcionandū inauguratus esset.

Insuper ab eodem quæsitum est, num  
 quæ aduersum Romanam concionatus  
 esset

esset Ecclesiam reuocare, an firma rataque  
 habere vellet, hisque additum, illi moriendum  
 esse nisi recantaret. Verum is audacter ac  
 sine vlla trepidatione respondens, comp  
 tissimum sibi esse dixit, quicquid publica  
 concione asseruisset adeo esse verum, vt  
 mortem ob id, quo veritati testimonium  
 ferret, se neuiquam deprecaturum affir  
 maret, quin Deo potius gratiam habitu  
 rum, si pro ipsius gloria sibi moriendum  
 foret. Ab his autem in carcerem ductus,  
 multis per quosdam Monachos adhorta  
 tionibus agitatus est, vt quibus in locis  
 publice fuerat concionatus, in ijs minime  
 se verum dixisse fateri vellet. At is id  
 se facturum constantissime reuult, malleque  
 se interire, quam Christo vale dicere asseuera  
 ter obtestatus est.

Igitur postero die, quum in Foru, vbi  
 suspendendus erat, deductus esset, ibi con  
 temptis Papistarum superstitionibus, quae  
 plurimae tunc illi, vt ferè fit, offerebantur,  
 intensius Deum rogauit, vt suis interfec  
 toribus, propterea quod ignorarent quid  
 facerent, parcere dignaretur. Ac sic admi  
 rabilem

rabilem præferēs letitiam, summumq̄  
 fruendi Christi desiderium miselli corpo  
 ris infelicem vitam clausit, Annos natus  
 plus minus triginta.

Quo quidem exēplo, vt maxima mor  
 tales quamplurimi consolatione affecti  
 sunt, ita profectò summa dignum admi  
 ratione videri possit, Monachos quosdā  
 Dominicanos, qui præcipuè Christum  
 impræsentiā persecuūtur adeò stupidos  
 insensilesq̄ esse, ut ad hæc miranda Dei  
 opera nequaquam excitentur: Et quum  
 ne minimum quidem incommodi, quo  
 suas ipsorum sectas veras comprobent,  
 sufferi parati sint, Alios tamē, qui, quam  
 ipsi profitentur, doctrinam, & veram &  
 Christi esse, vel ipsa morte confirmant,  
 acerrimè persequantur: Faxit in glori  
 am suam Deus, vt aliquando resipiscant.

Clauennæ, Pridie Kalen: Nouēb: 1550.

. F I N I S .

1135  
In nomine Christi Amen  
In diebus illis decessit michi corpus  
in diebus illis decessit michi corpus  
in diebus illis decessit michi corpus

Quo quidem et ipso ut maxime mor-  
tales quamplurimi conuisione affecti  
sunt in profecto summa dignum admi-  
ratione videtur posse. Monachos quosdam  
Dominicos, qui praecipue Christianum  
improbitatis persequuntur adeo studiosos  
institutos esse, ut ad haec inanis Dei  
opera nequaquam excusentur: sed quum  
reminant quidem incommode, quo  
sua ipsorum lecta veras comprobent,  
sicut patet in his. Alios tamen, qui quum  
ipsi protestantur doctrinam, et veram esse  
Christi esse, ad ipsa morte constant,  
secum persequuntur: Intra in gloria  
sua summa Deus, ut aliquid adhibeant.

Glauerni P. diei Kalen: Nouemb: 1770  
FINIS  
In nomine Christi Amen

# Réinventer le théâtre latin. Deux prologues comiques autour de 1515 (Ravisius Textor, Nicolas Barthélémy)

Mathieu Ferrand - Université de Grenoble Alpes

Nous proposons de lire deux prologues de pièces de théâtre originales, jouées en latin par des étudiants au début du XVI<sup>e</sup> siècle. La traduction et le commentaire de ces textes comiques nous permettront de souligner la richesse de leur écriture, qui se situe au point de rencontre de diverses traditions : comédie latine, farce et sottie françaises, littérature érasmienne. A partir de ces exemples, il s'agira de découvrir plus généralement le théâtre néo-latin des collèges qui, entre exercice scolaire et recherche formelle, constitue un maillon méconnu de l'histoire du théâtre en France.



**Mathieu Ferrand (Université de Grenoble-Alpes), Réinventer le théâtre latin. Deux prologues comiques autour de 1515 (Ravisius Textor, Nicolas Barthélemy)**

*Nous proposons de lire deux prologues de pièces de théâtre originales, jouées en latin par des étudiants au début du XVI<sup>e</sup> siècle. La traduction et le commentaire de ces textes comiques nous permettront de souligner la richesse de leur écriture, qui se situe au point de rencontre de diverses traditions : comédie latine, farce et sottie françaises, littérature érasmienne. A partir de ces exemples, il s'agira de découvrir plus généralement le théâtre néo-latin des collèges qui, entre exercice scolaire et recherche formelle, constitue un maillon méconnu de l'histoire du théâtre en France.*

**Réinventer le théâtre latin.  
Deux prologues comiques autour de 1515**

Mathieu Ferrand  
Université Grenoble Alpes

**Texte 1. Le prologue de *Moria* de Joannes Ravisius Textor (1492-1522)**

La pièce *Moria* est publiée pour la première fois dans le volume *Dialogi aliquot Ioannis Rauisii Textoris Niuernensis hactenus non editi, studiosae iuuentuti utiles et iucundi. Adiecta sunt animi gratia eiusdem epigrammata aliquot non inutilia*, Paris, Regnault Chauldière, 1530.

Nous établissons notre texte d'après l'édition revue de 1536 (*Dialogi aliquot Ioannis Rauisii Textoris Niuernensis, mendis compluribus repurgati...* Paris, Ambroise Girault, 1536, f°196v-197v) tout en corrigeant quelques leçons, à partir d'une réédition plus tardive (Paris, Jérôme de Marnef, 1575, f° 169v-171v).

*Moria loquitur*

Censores tetrici<sup>1</sup>, quos nil nisi seria dictu,  
Nil nisi uerborum fulmina rauca<sup>2</sup> iuuat,  
Contractae frontis<sup>3</sup> caperatas ponite rugas,  
5 Ponite contracti signa supercilii.  
Ludicra praesenti affertur comedia circo,  
Gaudia flebilibus larga ferens animis.  
Taedia si uestro stomacho iucunda ministret  
Fabula, si fronti ludicra displiceant,  
10 Ad grauium celeres discedite uerba Catonum<sup>4</sup>,  
Grandiloqui numeros uertite Virgillii.  
Seu uestrae placeat mage rauca tragoedia menti  
Atque Tiesteae caena cruenta domus<sup>5</sup>,  
Ite cothurnati spectate Licophronis artem<sup>6</sup>,  
15 Dos<sup>7</sup> ubi fastosi carminis hircus adest.  
Si petitis mordax satyrae liuentis acetum<sup>8</sup>,  
Persius hoc uehemens, hoc Iuuenalis habet,  
Ite alio<sup>9</sup>, nullos dabit haec comedia fletus,

<sup>1</sup> Vocatif à rapprocher notamment de Martial, XI, 2, 7, qui s'adresse aux « *lectores tetrici* ».

<sup>2</sup> L'expression se lit dans une lettre de Cicéron. C'est l'un de ses correspondants qui qualifie ainsi l'éloquence de l'orateur (*Ad fam.*, I, 21, 1).

<sup>3</sup> Horace, *Satires*, II, 2, 125 : « *Explicuit uino contractae seria frontis* » (« [Cérès] dérida grâce au vin les fronts contractés par les soucis »). La *comedia* doit avoir le même effet que le vin.

<sup>4</sup> Martial, I, « *Prologus* », « *Cur in theatrum Cato seure uenisti* » ; cf. aussi X, 20, 21. Caton devint ainsi l'antonomase de tous les fâcheux.

<sup>5</sup> Horace, dans son *Art poétique* (v. 91), fait bien de ce repas l'emblème du genre tragique. Voir aussi Perse, *Satires*, V, 1-18.

<sup>6</sup> Lycophron est un auteur de tragédies grecques de la période hellénistique (c. 320-c. 280).

<sup>7</sup> Simple équivalent de *donum* ici : offrande faite aux dieux.

<sup>8</sup> L'expression, pour qualifier les *Satires* de Perse, se trouve chez Perse lui-même, V, 86.

Sed tumulos elegans hos Iouianus<sup>10</sup> habet,  
 Deductum tenero petitis si pollice carmen<sup>11</sup>  
 20 Aut lyricis lubeat pangere carminibus,  
 Mulcebit patulas uenusinus<sup>12</sup> Horatius aures.  
 Nil nisi laeticum fabula nostra gerit.  
 Scitis cur tumido spargam mea uerba palato<sup>13</sup>,  
 Et tumeam inflatis turgida uisceribus<sup>14</sup> ?  
 25 Vnde haec turgidicas creuit mihi ? Vultis habere  
 Vnde grauis resono clamor in ore tonet ?  
 Maxima pars hominum nostra se lege gubernat  
 Et nostri canones sustinet imperii.  
 Tempore quo celebres duxisti Roma triumphos,  
 30 Atque tuas aquilas Phoebus uterque tulit<sup>15</sup>,  
 Milia multa tuis hominum subiecta cathenis  
 Roma tuae laqueo sub ditionis erant.  
 Plura meas hominum patiuntur milia leges,  
 Plura meo collum supposuere iugo  
 35 Moria sum Graecis, alio dixere latini  
 Scriptores fatuam nomine stultitiam<sup>16</sup>.  
 Tune uides aliquos uerbis petulantibus uti,  
 Quos linquae stimulat prodiga garrulitas<sup>17</sup> ?  
 Tune uides alios qui se et sua stemmata laudant<sup>18</sup>,  
 40 Et claris genitos esse canunt ataus ?  
 Tune uides aliquos porrecta fronte poetas  
 Se magno similes dicere Virgilio ?  
 Nonne uides aliquos qui brachia inania iactant  
 Seque putant magnos uincere Scipiadas ?  
 45 Hunc toto uacuum non conspicis esse cerebro<sup>19</sup>,  
 Dignum hunc qui uirides nauiget Anticyras<sup>20</sup> ?  
 Omnes stultitiae leges et jura sequuntur,  
 Omnes stultitiae sub ditione manent.  
 Ne plenos epulis laedant mea uerba gulosos  
 50 Qui saturi quaerunt soluere uentris onus<sup>21</sup>,  
 Incipiam ludis populum oblectare iocosus  
 Cornigerae plausus cernite stultitiae<sup>22</sup>.  
 Surgite, Stultitiae famuli. Foelix ego, foelix

<sup>9</sup>Voir par exemple Martial, *Ite foras* (XI, 2, 4).

<sup>10</sup>Allusion remarquable au grand poète italien Giovanni Pontano (1426-1503), auteur d'un recueil d'épigrammes funéraires, *De Tumulis*.

<sup>11</sup>L'expression évoque, dans l'esprit du lecteur/auditeur, un souvenir virgilien (le *carmen deductum*, emblème des petits genres, *Bucoliques*, VI, 5) et, sans doute, les *Métamorphoses* d'Ovide (I, 4).

<sup>12</sup>Vénouse est la patrie d'Horace.

<sup>13</sup>Horace, *Art poétique*, v. 94 : *Iratusque Chremes tumido delitigat ore* (« Chrémès pris de colère enfle la bouche en grondant »).

<sup>14</sup>Le thème de la *turgiditas*, avec le vocabulaire convoqué ici, court non seulement dans l'*Éloge de la Folie*, mais plus encore dans les *Adages* d'Érasme (III, 5, 71 par exemple).

<sup>15</sup>L'expression *uterque Phoebus* se trouve chez Rutilius Namatianus, et évoque alors, par antonomase, le Soleil à son lever et à son coucher. Ici, il s'agit plus précisément des régions où le Soleil se lève et se couche, soit l'Orient et l'Occident.

<sup>16</sup>Moria se présente en reprenant les mots de son homonyme érasmien dans l'*Encomium Moriae*, 4 : *Sum etenim, uides, uera illa largitrix éάων quam Latini STULTITIAM, Graeci ΜΩΡΙΑΝ appellant* (« Je suis en effet, vous le voyez, cette vraie dispensatrice de biens que les Latins nomment *Stultitia*, et que les Grecs appellent *Moria* »).

<sup>17</sup>Le thème de la *garrulitas*, avec le vocabulaire convoqué ici, court lui aussi dans l'*Éloge de la Folie* comme dans les *Adages* (I, 4, 37 par exemple).

<sup>18</sup>Voir Érasme, *Adages*, IV, 8, 65.

<sup>19</sup>Érasme, *Adages*, III, 4, 40.

<sup>20</sup>Érasme, *Adages*, I, 8, 52.

<sup>21</sup>Martial, XIII, 29.

<sup>22</sup>Folie apparaît sur scène dans le costume traditionnel de Mère Sotte et de ses suppôts, qui forment le personnel attendu de la sottie, genre dramatique alors à la mode. Voir par ex. le *Jeu du Prince des Sotz et de Mère Sotte* de Pierre Gringore, donné aux Halles de Paris en 1512 (Pierre Gringore, *Œuvres polémiques*, éd. C. J. Brown, Genève, Droz, 2003) ; la sottie est précédée d'un *cry*, par lequel Mère Sotte, comme ici, convoque les sots.

- Quum nostro populus audiat imperio.  
 55 Si qui prudentes fuerint nunc lumina claudant,  
 Fundant ergo preces, aut choreas agitent,  
 Nulli prudentes adsint, quum tanta potestas  
 Multiloquae semper sit data stultitiae.  
 Nunc aliquo reparare ioco nugisque facetis  
 60 Expedit auriti corda quieti chori<sup>23</sup>.  
 Multiplices igitur ludos celebrare decebit,  
 Vt uestris plaudant amphitheatra iocis.

## Texte 2. Le prologue des *Momiae* de Nicolas Barthélemy de Loches (1478-1537?)

Nous donnons le texte de la seule édition des *Momiae*, Paris, Josse Bade, s. d. [c. 1515].

- Prologus. Calliopi<sup>24</sup>*  
 Dum lalant pueri, dum gemiscunt tenuiter,  
 Solent (ut experiebar anno hinc tertio<sup>25</sup>)  
 Nutrices sapidas admouere illis buas  
 Quibus refecti pueri jaceant molliter  
 Ne scilicet uagium uigiles excitent.  
 5 Haec uobis ego si blanda nutrix praeside<n>s<sup>26</sup>  
 Et uos si pueri essetis, agitarem<sup>27</sup> lubens.  
 Sed quum nec pueri uos<sup>28</sup> nec ego nutrix siem,  
 Tacete (precor) et audite patres omnia.  
 Nutrices procul<sup>29</sup>, abydenus ne sit strepitus<sup>30</sup>.  
 10 Si non tacetis, operam siquidem perditis,  
 nam garrienti nullum dabitur praemium.  
 Sed si audiatis<sup>31</sup>, pauca fabulabimur.  
 Quod uobis pariter et meis sociis bene  
 Eueniet ut uos saturi eatis, ut lubet,  
 15 Quocunque uestra uos rapiet necessitas.  
 Seu lubet, adhuc affatius<sup>32</sup> saturemini.  
 Et nos (qui adhuc impransi sumus) epulabimur.  
 Quam mihi Pasetis artem<sup>33</sup> concupiuerim !  
 Dapes uobis imaginarias quidem  
 20 Propinarem, nummosque imaginarios  
 Haberent qui mihi credidere obsonia.  
 [...]  
 Set iam canendum prope mihi receptui est.

<sup>23</sup> Les sots portent un capuchon à oreilles d'ânes.

<sup>24</sup> Calliopi<sup>us</sup> est parfois, dans les prologues des premières éditions des comédies de Térence, le nom du personnage prononçant le prologue. Je reviendrai sur l'origine de ce « personnage ».

<sup>25</sup> Rien, en contexte, ne permet de comprendre cette allusion.

<sup>26</sup> Sous entendre *essem* - à déduire de *essetis* au vers suivant.

<sup>27</sup> *agitare <animo>* : songer à .

<sup>28</sup> Même élision du verbe *esse* (ici P5 du subjonctif présent), que l'on déduit sans mal de *siem*.

<sup>29</sup> Voir le prologue du *Poenulus* de Plaute, qui renvoie chez eux les nourrices et leurs enfants trop bruyants, v. 28-31.

<sup>30</sup> *Abydenus*, cf. Érasme, *Adages*, II, 5, 23 *Abydena illatio*. (« Violence d'Abydos »). Érasme commente : « les habitants d'Abydos avaient coutume, lorsqu'ils recevaient un concitoyen ou un hôte à un banquet [...], de faire amener les bébés par les nourrices et de les promener pour les faire embrasser. Mais comme alors les bébés vagissaient et hurlaient, et que les nourrices bavardaient et faisaient du chahut, le banquet devenait bruyant et peu agréable » (nous reprenons, pour les *Adages*, les traductions proposées dans l'édition dirigée par J.-C. Saladin, Paris, Les Belles Lettres, 2013).

<sup>31</sup> Cas fréquent de subordonnée au subjonctif, avec principale au futur éventuel. On traduira par un présent.

<sup>32</sup> Comparatif de l'adverbe *adfati*m (non classique). *Adhuc* renforce le comparatif : « de manière bien plus que suffisante ». *Adhuc* a un autre sens au vers suivant.

<sup>33</sup> *Pasetis*, cf. Érasme, *Adages*, II, 7, 31 *Pasetis semiobulus* (« La demi-obole de Passès »). Érasme commente : « On raconte qu'un certain Pasès s'était acquis la réputation d'être le plus expert en tours de magie et artifice. Grâce à des incantations, il réussissait à faire apparaître d'une seul coup une table dressée avec tout le nécessaire pour un banquet (...). Il achetait souvent en payant comptant, mais l'argent n'était bientôt plus chez le vendeur : on le retrouvait chez Pasès ».



Satis ioco satisque risui datum,  
Plerumque morus multos sapientes solet  
25 Morari. Modo deos loqui uidebitis.  
Tacete. Sed quid ridetis ? Quid temnitis ?  
An quia deos istos nuper uocauerim ?  
Dei sunt uel ita ut Iuppiter quondam fuit<sup>34</sup>.  
Felix sum, qui deos habeam condiscipulos.  
30 Illos ulterius non impune ceciderit  
Regens uiolentus alioqui et tetricissimus<sup>35</sup>.  
A quibus abstinerit si in nos ferociam  
Male ausus ? Verum suspicor, perhendie  
Cum ueste numen illis auferet institor<sup>36</sup>,  
35 Eademque dabunt poenas ferula qua soleo  
Plecti, qua nostrae saepius liuent manus,  
Si male uel egerint uel protulerint male.  
Vos, moneo, perfricate frontem<sup>37</sup>, nil enim  
quod placeat si mali estis inde retuleritis,  
40 Quod nec displiceat, si boni usque fueritis.  
Non ego qui tristi comminantur naenia  
Ter mala malis<sup>38</sup> imitaturus ueni attagines.  
Bonis bona esse multa semper concupio,  
[...]  
Non improbare malos iustis injuria est !  
45 Ne quem sigillatim perstringere uidear.  
Si quis se punctim stimulatam animaduerterit,  
Non me<sup>39</sup>. Quis etenim mihi prodiderit talia ?  
Set ille conscientiam arguat suam :  
Quae (ut uulgo dicitur) sibimet est carnifex<sup>40</sup>.  
50 Auri igitur (sat enim ori dedistis) date operam !  
Famem comprimete, famam ut aucupemini.  
Si nomen aliquod huic exigitis fabulae,  
Non alio melius dixerim uocabulo  
Insolito tamen hoc quam Tragico comoediam<sup>41</sup>.

<sup>34</sup> Tout ce passage adapte le prologue de Mercure dans l'*Amphitryon*, v. 86-94.

<sup>35</sup> L'édition donne bien *tetricissimus*, mot amétrique ; *taeterrimus* convenait pourtant parfaitement. L'auteur prend parfois quelques libertés avec le sénaire iambique des comiques latins.

<sup>36</sup> Si la métrique le permettait, on attendrait, plutôt qu'*institor* (« colporteur » – de science ?), *institutor* (« maître »). Plus qu'une confusion, nous proposons de voir là un jeu de mot, fondé sur la paronomase.

<sup>37</sup> Cf. Érasme, *Adages*, I, 8, 47.

<sup>38</sup> Cf. Érasme, *Adages*, III, 3, 98.

<sup>39</sup> Formule elliptique : « ce n'est pas moi ! », « je n'y suis pour rien ! ».

<sup>40</sup> Allusion possible à l'*Héautontimoroumenos* de Térence.

<sup>41</sup> Allusion transparente au vers 59 de l'*Amphitryon* de Plaute.

